

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandus, U.I.D.  
& Cod. Professor, Ad Exequias ... Virginis Helenae Holsteiniae, Quas hodie circa  
horam primam Moestissimi Consanguinei, frater & soror in templo S. Jacobo  
sacro, parandas expetunt Omnes Academiae Cives officiose & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771260458>

Druck Freier  Zugang



VVillebrand, A.,  
in H. Holstein.

Rost. 1670.

15







131.

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS VVIL-**  
**LEBRANDUS,**

U. J. D. & Cod. Professor,

Ad Exequias

*Pudicissimæ & Virtutibus maximè conspicua  
Virginis*

**HELENÆ  
HOLSTEINIAE,**

Quas hodiè circa horam primam

**Mœstissimi Consanguinæ,**

frater & soror

in templo S. Jacobo sacro, parandas  
expetunt

**Omnes Academiz Cives officiosè &**  
peramanter invitat

---

**ROSTOCHII,**

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LXX.





Irgineum est, quod hodie  
indicitur, funus, Amplius hic  
dilatandi discursum campus pa-  
teret, si eum ingredi impræsentia-  
rum liberet, quid, quale, qua-  
tum? Fuit semper maximus ho-  
nor habitus huic sexui & adsunt  
in medio disertissimorum viro-  
rum monumenta, quibus facun-  
dè celebrantur virginitatis lau-  
des, adeo ut non modo inter sydera cœli virgo (quam  
quidam Astræam jovis, alii Erigonem jcari filiam volunt)  
locum in Zodiaco meruerit, & Felinus Sandeus, in mensa  
& itinere semper debere virgines præcedere viduas, volue-  
rit, licet si castè vivant nō proculà virginitate etiā eas ponat  
justinianus imp: in Nov. 2. c. 3. in med. sed & virginitatem re-  
plere paradisum & solam posse animas præsentare Deo &  
esse principium aliarum virtutum dixerit Gl. ad e. causam,  
extr. de probat. in fin. quam tamen Canonistæ, Abbas ille  
Panormitanus, Nicolaus de Tudeschis dictus, & imprimis  
prædictus Felin: Sandeus ad d. c. causam 14. ita limitant,  
non quod cæteras virtutes pias excludat & non alii, licet  
in conjugio, virginitate animi, conjuncti, eandam lau-  
dem mereantur: Secundum autem D. Ambrosium nuptiæ  
terram replet, virginitas paradisum 32. q. i. c. nuptiæ & bea-  
tius est in carne vitam imitari Angelorum, quam ex carne  
augere numerum mortalium, inde illud

Auricolam virgo, martyr, fideiq; magister

Præter communem dicuntur habere coronam.

Salve (itaq;) virginitas divino tradita dono,

Mater inoffensæ vitæ, bona maxima fundens,

Christi pars, & Spiritibus sociata supernis,

Ignaris thalami, Nam magnus Conjugis expers

Eſt Deus atq; Dei rutilans chorus omnipotentis.

Apud

Apud Romanos, vestales, quæ virginitatem professa, tanta dignitate & veneratione colebantur, ut, dum foras vade-rent, si ad capitale supplicium tracto eis casu obviam fieret, ipsum tunc mortem oppetere & suppicio affici non deceret, (iusjurandum a. exigebatur a virginine, fortuitum fuisse & in consultum non præmeditatum occursum) imo consules, Prætoresq; illis assurerent & de via decederent; Quis non audivit quinquaginta illas virgines Spartanas nomen suum, per conservatam illæsam virginitatem, etiam contra vim, immortalitati consecrassæ, cum n.sacrificii gratia a parentibus ad Messenios hospitii more missæ essent, illi tanta libidinis impatientia in eas flagrarunt, ut, contempto hospitalitatis jure, ad stuprum eas poscerent, cumq; ha. obluctarentur, ipsiq; eas violare vellent, nulla earum consensit, moriq; maluerunt, quam virginitatem amittere; quarum sanguinem Lacedæmonii magnâ victoriâ, Deo ita favente, ulti fuerunt: Quod itaq; majori studio optimi quiq; in honora-ndis virginibus, fuerunt dediti, eò promptius quoq; in præsenti hæc opera nostræ beatè defunctæ virginis HELENAE HOLSTEINIÆ, quæ, ad extremum vitæ terminum, eam soli Deo integrum, illibatam servavit & incorruptam, navanda erit, & ad exequias, quæ ducendæ sunt, vos etiam Academicos, publico scripto, invitare oportet,

Non certe æterni venit hoc sine numine patris

Ut quisquam Veneris fædæq; libidinis expers

Vivat, & hoc fragili maneat tranquillus in ævo,

Profecto in carne præter carnem vivere non terrena vita, est, uti censem Sanctus Augustinus, sed coelestis; unde in carne angelicam gloriam acquirere majoris est meriti, quam habere; Esse enim Angelum felicitatis est, esse vero virginem virtutis; dum hoc obtinere nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura, utrumq; tamen & esse virginem & Angelum, divini munieris est officium non huma-num. Quid? Divus Ambrosius ita superreditur virginitas

conditionem naturæ humanae, per quam homines Angelis assimulanrur, major tamen est victoria virginum, quam Angelorum, Angelii enim sine carne vivunt, virgines vero in carne triumphant.

Bona quidam est pudicitia conjugalis, sed melior continentia virginalis vel vidualis, inquit Divus Augustinus de Sanct. Viduit. Quanto cœlum terrâ præstantius est, scribit Sanct. Isidorus Pelusiota in Epist. & anima corpore, tantum etiam virginitas ( vera scil., quæ est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio ) matrimonio antecellit, primas partes in acie tenet & phalangis frontem exornat, illustriaq; trophya statuit, Hoc autem cum mediocre sit atq; imbecilliorib; adminiculi loco, concessum, potest quidem eos, qui ipsum illæsum custodiunt, servare, At non item ad virginitatis fastigium subvehere, unde etiam Albertus Magnus, continentiam habere, inquit, frustum triplicem, centesimum scil; in virginibus, sexagesimum in viduis & tricesimum in conjugatis : Ideoq; tantopere in facris commendatur Matth. 19. v 12. 1. Corinth. 7. v. 25. & seqq. Apocal. 14. v. 4. in libr. Sapient. 3. v. 13. & præfertur conjugio 1. Corinth. 7. v. 38. & 40. Cœlibes ea, quæ Dei sunt, magis curant, qui vero in matrimonio vincuntur, in his, quæ & mundi & hominum sunt, curram studiumq; adhibent: Mærori minus obnoxii erunt, ut pote qui ramos non protulerunt, cum quibus & curæ & mœrores efflorescunt, viventibus enim liberis, sollicito animo esse coguntur, morte a. functis, in luctu versantur: Ne dicam à doloribus item & animi angoribus immunem virginem esse, ut quæ nec partus doloribus mortis vicinis interrupatur, nec viri nonnunquam Arrogantiae, obstinatae morositati, & caprice, ut hac gallica voce hic utar, tanquam in servitutem addicatur; uti, inter alia, hoc posteriori argumento etiam magna domus virginem contra quandam, præcellentis quoq; familiæ, maritatem in di- scursu

scursu usam fuisse, Novellæ non ita pridem retulerant. Sed nolo his diutius immorari. Si cest & negari nequit, in omni sexu, secundum Cyprian. *in libr. de Conjug.* Virginitas est soror Angelorum, victoria Libidinum, Regina virtutum, possessio omnium bonorum : Ut autem ad id, quod caput est hujus nostræ scriptoris veniamus; Honoratissimæ virginis, cujus exuviarum cohonestarum gratia hæc præfati sumus, vitam & laudes non cerussatas paucis hic annexemus, non enim erimus longi, vita brevis est;

Prodiit in hanc lucem candidissima animula hic Rostochii, Anno supra millesimum sexcentesimum undecimo, 31. die, hora 10. antemerid: Mensis Maij, ex præclaris sanè & lauditissimis majoribus atq; parentibus: PATREM agnovit Virum Literatissimum & Clarissimum M. JOHANNEM HOLSTEIN, Unive sitaris hujus nostræ quondam Secretarium, urii industrium ita & fidelissimum, MATREM honestissimam ac Virtutum ornamenti splendissimam. CATHARINAM PANCHLOWEN: AVUS PATERNUS ipsi patri cognominis, fuit vir Excellentissimus M. JOHANNES HOLSTEIN, Professor institulq; Secretarius Academiae nostræ benè meritus, AVIA linea paternæ exstitit nobilissima matrona HELENA KRAMEIERS, ex nobili & antiqua KRAMEIER stirpe in Silesia suam ducens originē; AVUM MATERNUM salutavit quondam Virum Amplissimum & Consultissimum LAURENTIUM PANCH-LAUW U. J. D. Professorem ac Facultatis Juridicæ hujus Universitatis Seniorem Spectatissimum, AVIAM MATER-NAM habuit Laudatissimam ANNAM ab HALTEN matronam sexus sui præcipuam: Ex hisce parentibus præclaris non potuit aliter, quam bona prodire prosapia, secundum illud Venusini Poetæ *Lib. 4. Od. 4.* fortes creantur fortibus & bonis &c. præsertim si bona accesserit educatio, benè enim educari plus est quam nasci benè; ma-

Si educatus raro transit ad bonum, quare & idem Poeta  
subdit, doctrina vim promovet insitam &c. Nostra itaq;  
piè defuncta post ortus sui principium, statim per lavacrum  
regenerationis renata & Ecclesię Christi oblata ac insita,  
teneros annos inter pietatis rudimenta posuit, & quamvis  
præpoperā morte patrem amiserit, matris, licet cum sex li-  
beris 3. filiis & totidem filiabus viduæ, in mœrore relicta,  
providâ curâ ac prudenti educatione in omni pietate &  
virginalibus virtutibus, modestiâ ac moribus huic sexui  
accommodatissimis, continuoq; virtutum exercitio ita  
crevit & adolevit, ut paribus spatiis ætas & virtus ejus  
progrederetur, Eò factum, ut, ad sublevanda maternæ  
Oeconomiae onera, sualu benevolorum, ex ulnis & com-  
plexibus maternis dimitteretur, & in Holsatiam mittere-  
tur, ut ibi, ad desiderium Generosi DN. de ANEFELD, cu-  
jus in juventute studiis præfuit defunctæ pater, in gratiam  
ejus recordationem, nobilissimæ ejusdem virginiculæ filiæ  
non modo educationi, moribus ac informationi præpone-  
retur & inspectio rei Oeconomicæ hujus prænobilis do-  
mus, pro parte eidem concrederetur, quod officium cum  
laude per quadriennium fideliter sustinuit: post mortem  
a. generosi illius von Anefeld/ vidua ejus nobilissima hanc  
nostram filia suæ, nuptæ viro nobilissimo & generoso, Duci  
Exercitus, von Wedel/in Borussia subsistenti, ad simile Chri-  
stianæ pietatis, in informando filiam ejus, officium, de me-  
leori commendarit nota, quod nunquam fecisset, nisi  
perspectas hujus nostræ tot annis virtutes, modestiam,  
pudicitiam & morum qualitates habuisset; cum itaq; ve  
otium nostra eò magis detestaretur, quod inde præcipue  
pudicitia & castitati imminentे periculum videret, iterum  
spartam hanc, ut etiam postea rei familiari administrandæ  
præficeretur, non recusavit, quas enim virtutes cum primis  
decere & exornare suum sexum noverat, eis diligenter  
studebat, itaq; providere familiæ, custodire penum, pro-  
mere

mercede indidem & rursus condere, aliaq; subire munia cum  
pietate & modestia, id erat, quo maximè vitam æstimabat:  
Quibus rebus uti laudem sibi comparavit non exiguum, i-  
ta magnæ voluptati pariter ac levamento etiam huic no-  
bilißimæ familiæ per 12. annos fuit: Tandem, Deo ita dispo-  
nente, ob matris suæ grandævæ ætatis debilitatem virium,  
ex Borussia anno Christi 1652. revocata, ipsi morigera filiali  
obsequio eidem inservivit, quo & apud suos populares,  
(quod aliæ raro fit, secundum effatum Christi Matth. 13. 57.  
Marc. 6. v. 4. Luc. 4. v. 24. Joh. 4. v. 44.) tantum amorem  
& benevolentiam sibi conciliavit, ut illam dimittere ejusq;  
virtutibus diutius carere noluerint, sed multis solicitatio-  
nibus, ut eam operam, quam exteris, etiam suis, in educa-  
tione liberorum & formandis eorum, ad Dei gloriam, mori-  
bus, pietate, modestia & cœteris virtutibus, non denega-  
ret, apud eam institerint, quibus precibus, in considera-  
tione, quod non nobis sed patriæ nascamur, hac nostra vi-  
cta, cum solitariam & cælibem vitam elegisser, omnem re-  
liquam vitæ; usuram huic pio educationis exercitio im-  
pendit nec se cordia vel alio defectu instantium expectatio-  
nem defellit, sed abundantanter satis eis fecit, quod omnes in  
hac urbe superi atq; inferi & medio xumi fatebuntur, Egoq;  
ipse, cum & meas tam piæ ipsius curæ commiseram, consi-  
teri non erubesco. Quod ipsa docuit, ipsa & exemplo suo  
probavit, scilicet in vulgus manant exempla regentum, fili-  
us n., quid imitandum sit, discet exemplo, secundum Sene-  
cam, cum exempla magis moveant quam verba Arist. L. 10.  
Ethic. Nam ut jam præteream ejus modestiam, continentia  
& virginale cum animi tum corporis decus, de quo supra sa-  
tis, etiam in hujus nostræ p. denatae laudem, præfati sumq; Reliquas ejus-  
dem laudabiles qualitates, quod sc; pietati præcipue dedita, cū prece prin-  
cipium cum prece finem fecerit, sacrisq; libenter interfuerit & concioni-  
bus publicis, sine vastu, sine insolentia, sine supercilie, tum cum suis tum  
cum aliis conversata, omnibus suavis, nemini gravis fuerit, manu quoq;  
suam sœpius aperuerit inopi & de quibusvis egenis ita benè mereri stu-  
duerit,

duerit, ut putaret id natum hominem, id Christianam maximè decere,  
& quæ sunt alia, si pròlixius enume fare, condignisq; encomiis describere  
institerim, dies piter, ut ille ait, mihi foret, priusquam finirem, in subsi-  
duum advocandus, & tn. antè diem clauso componeret vesper olym po,  
quas omnes alii & in funeris concione enarrandas committam. Tandem  
hæc & alia virtutum insignia morti, tanquam ultimæ necessitatì resistere  
non poterunt; Ante annum enim (verba sunt Excellentissimi Experi-  
tissimi Dn. PAULI JOACHIMI STOCKMANNI, Medicinæ Doct. &  
Prætici clarissimi, amici nostri honoratissimi, cuius opera & consilio in  
valetudine sua usa fuit) male habere cepit piè Desuncta, & per hoc temporis  
intervalum haudquam à scorbuti jam confirmati insulu, & farragine  
symptomatum immunis fuit, tantam hic πολύμορφον pravam dispositionem  
toti corpori, præcipue v. visceribus nutritioni dicatis impresserat, ut continuo vo-  
mitu enervata, Febre Hælicida cum tæbe pertinacissimâ tandem perire sit coacta;  
nam ubi nihil succi amplius supereft, qno alatur corpus, labi illud atq; concidere  
etiam inter præsentissimorum medicaminū copiam necesse est, quod piè desunctæ  
evenerat. Quapropter mentē & omnia sensa unice defixa habuit in misericordia Dei, in merito & satisfactione Salvatoris nostri J. Ch. cuius cor-  
poris & sanguinis salutari viatico sumpto, ingenti erga eum fiduciâ  
speque perennis gloria, tanquam loricâ quadam induita, memor priscae  
ac divinæ, quoad nobiliorum sui partem, originis, placito secessu ex terre-  
stri hoc habitaculo, inter preces & lachrymas astantium, hora 5. pomer:  
29. præteriti mensis Junii, hujus Currentis anni, emigravit. Cum igitur  
in nostra manu nonsit mutare & corrigerre, quod Deo visum est, repre-  
hendere autem aut culpare, manifestæ sit impietatis, veneremur do-  
minum vitæ & mortis & in ejus inperscrutabili voluntate acquiescamus  
nec multis querelis hujus nostræ quieti & æternæ beatitudini in videamus:  
gratulemur beatae huic animulæ, quod jam videat, & habeat Christum, cui  
se in vita virginali totam consecraverat, quod jam cum Deo inter beatos  
spiritus vivat, quod jam illa jucundissima sempiternaque perficituatur bea-  
titudine, in qua adest, sine morbo, tristitia, ac dolore, fons & origo omnis  
felicitatis & summiboni. Cum a. illius examine corpus ad dormitorium  
suum hodie effetur, vestrum erit, Cives Academicí vestris titulis hono-  
ratissimis id ipsum splendidam solennitate honorificoq; comitatu sequi,  
quod uti nostræ charitati christiane contestandæ per honorificum erit,  
ita & ut id lubentius faciat, sedulò & peramanter à vobis contendeo.

P. P. VII. Julii Anno M DC LXX.

ms (o) 90










mere indidem & rursus condere,  
pietate & modestia, id erat, quo  
Quibus rebus uti laudem sibi con-  
tra magnæ voluptati pariter ac le-  
bilissimæ familiæ per 12. annos fui-  
nente, ob matris suæ grandævæ &  
ex Borussia anno Christi 1652. revi-  
obsequio eidem inservivit, quo  
(quod alias raro fit, secundum effa-  
Marc. 6. v. 4. Luc. 4. v. 24. Joh. 4.  
& benevolentiam sibi conciliavit  
virtutibus diutius carere nolueri-  
nibus, ut eam operam, quam exte-  
tione liberorum & formandis eorū  
ribus, pietate, modestia & ceteris  
ret, apud eam institerint, quibus  
tatione, quod non nobis sed patriæ  
cta, cum solitariam & cælibem vitam  
liquam vitæ; usuram huic pio e-  
pendit nec secordia vel alio defec-  
nem fecellit, sed abundantanter satis-  
hac urbe superiatq; inferi & medi-  
ipse, cum & meas tam piæ ipsius cu-  
teri non erubesco. Quod ipsa d.  
probavit, scilicet in vulgus manau-  
us n., quid imitandum sit, dicit e-  
cam, cum exempla magis moveat  
Ethic. Nam ut jam præteream ejus  
& virginale tum animi tum corpo-  
ris, etiam in hujus nostræ p. denatae laude-  
dem laudabiles qualitates, quod scilicet pietati  
cipium cum prece finem fecerit, sacrificiisq;  
bus publicis; sine vastu, sine insolentia, sine  
cum aliis conversata, omnibus suavis, ne  
suam sœpius aperuerit inopi & de quib;



the scale towards document

munia cum  
um æstimabat:  
on exiguum, i-  
am huic no-  
Deo ita dispo-  
atem virium.  
origera filiali  
s populares,  
Matth. 13. 57.  
tum amorem  
nittere ejusq;  
is solicitatio-  
nis, in educa-  
gloriam, mo-  
non denega-  
in considera-  
iac nostra vi-  
omnem re-  
exercitio im-  
m expectatio-  
mod omnes in  
untur, Egoq;  
eram, confi-  
exemplo suo  
egentum, fili-  
andum Sene-  
ba Arist. L. 10.  
, continentia  
quo supra sa-  
g: Reliquas ejus-  
sa, cū prece prin-  
uerit & concioni-  
m cum suis tum  
erit, manu quoq;  
bene mereri stu-  
duerit,

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 032